

Anno dominice incarnationis milleximo centesimo octuageximo, mense magi, indicione XIII. Constat me Ubertum qui dicor Christophani de loco Rodello, qui professus sum lege vivere Langobardorum, accepisse sicuti et in presentia testium manifestus sum quod accepi a te Arderico qui diceris Bugato de loco Cixiano exinde argenti denariorum bonorum libras sex finito pretio, sicut inter nos convenit, pro peciis quatuordecim camporum, quas habere et possidere visus sum in suprascripto loco et fondo Rodello.

Prima petia iacet ad locum ubi dicitur in Valle: coeret ei a mane heredis Uberti Pagani, a meridie grumi, a sero ^{ovc}*****. Secunda petia iacet ad locum ubi dicitur a Silva Benzoni, et est ei a mane Sancti Ambroxii, a meridie heredis suprascripti Uberti, a sero illorum de Terzago. Tercius campus iacet ad locum ubi dicitur Inter Duas Stradas: a mane, a meridie et a sero heredis Guidonis Brunengi.

Et sunt suprascripti campi insimul per mensuram perticas legiptimas quinquaginta; et si amplius fuerint, maneant in hac vendicione. Quos autem campos superius dictos cum superioribus et inferioribus seu cum finibus et accessionibus suis in integrum ab hac die tibi qui supra Arderico emptori meo per hanc cartam et pro suprascripto pretio vendo, trado, mancipio, et fatiat exinde a presenti die tu et cui tu dederis vestrisque heredibus, iuris proprietario nomine, quicquid volueritis sine omni mea et heredum meorum contradicione.

In nomine Domini. Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi milleximo ducentesimo vigesimo tertio, tertiodecimo die ante kallendas ianuarii, indictione duodecima. Investivit per massaricium, melliorando et non peiorando, infigando et non disfigando, dominus Tedaldus prepositus ecclesie Sancti Stefani, nomine et ex parte illius ecclesie de burgo Vicomercato, Vivianum qui dicitur de Carugo, de loco Oppreno, nominative de petia una terre iacente in territorio de ipso loco de Oppreno ad locum ubi dicitur in Castradellia; coheret ei a mane Airulfi de Sancta Maria et in parte heredum quondam Iohannis Marchisii, a meridie Iohannis Belli Cazuli et in parte Iohannoni Galdini de Concorezio, a sero Zuriani de Carugo, a monte via, et est pertice undecim et dimidiam, ita ut a modo in antea usque ad viginti et quinque annos proximos habere et tenere et laborare debeat ipse Vivianus et eius heredes suprascriptam petiam terre, ut supra legitur in integrum, nomine massariti sine contradictione suprascripti domini Tedaldi prepositi et suorum successorum; et persolvere exinde debeat fictum omni anno ipse Vivianus vel eius heredes, eidem domino Tedaldo preposito vel suo successori, de blava bella et bona sine fraude ad mensuram Mediolani, modios duos, videlicet medietatem siliginis et medietatem millii et capponum unum bellum et bonum sine fraude; videlicet siliginem in omni festo Sancti Laurentii et milium et capponum in omni festo Sancti Martini; tractum et consignatum ipsum fictum omni anno in burgo Vicomercato in canonica illius burgi. Et pro ipso ficto solvendo omni anno, ut supra legitur, promisit et guadium dedit ipse Vivianus, obligando omnia sua bona pignori, eidem domino Tedaldo preposito, recipienti ad partem et utilitatem ipsius ecclesie; et quod restaurabit ei, ad partem suprascripte ecclesie, totum dispendium quod fecerit pro ipso ficto exigendo preterito termino. Actum in ipso burgo Vicomercato, in canonica illius burgi.

Interfuerunt testes Petrus de Bripio filius quondam Vitali de Arena et Parisius filius quondam Iohannis de Arzuffi et Oldradus Ferrarius filius quondam Carlevarii Ferrarii, omnes de ipso burgo Vicomercato.

17

(ST) In nomine Domini. Anno dominice incarnationis millesimo ducen-
tesimo quinquagesimosecundo, die sabati, nono die martii, indictione deci-
ma. Venditionem ad libellum ad consuendum^a fictum omni anno fatiendum,
scilicet sterias duo et minam unam mixture fictum omni anno ecclesie Sancti
Stephani de Vicomercato, fecerunt Iacobus et Tomaxius fratres filii condam
domini Berardi Cassine civitatis Mediolani, qui modo abitant in castro de Pe-
ragallo, in Prevede Arçuffo de burgo Vicomercato nominative de petia una
terre iacente in territorio burgi de Vicomercato ad locum ubi dicitur in Cama-
rata sive ad Costam de Solto: cui est a mane ospitalis Sancti Iohannis, a me-
ridie * * * * * , a sero ecclesie de Vicomercato, a monte emptoris et est
pertice octo et dimediam vel id circa; quanta infra illas coherencias invenire
poterit^a in hac vendicione permaneat, ea ratione ut amodo in antea omni tem-

pore abeat et possidat^a predictus Prevede et eius heredes et cui dederit predic-
tam petiam terre et de ea facere quicquid voluerit sine omni contradictione;
et insuper cesserunt et dederunt atque mandaverunt predicti Iacobus et To-
maxius illi Prevede omnia iura omnesque actiones et rationes, exceptiones et
retentiones et deffensiones et replicationes utiles et directas, reales et persona-
les sibi pertinentes et pertinentia in predicta petia terre vel pro ipsa seu pro
eius occaxione; constituerunt se tenere et possidere predictam petiam terre
nomine illius emptoris, cui possessioni ilico renontiauerunt volentes eoque
plenum dominium et plenam possessionem illius petie terre in illum transfer-
re et ab eis penitus descendere et eos absentes facere et finem et reffutationem
de predictam petia terre et de dominio et possessione de eius illi emptori fece-
runt et emptorem suum certum missum et procuratorem in rem suum^a titu-
lo vendicionis constituerunt, ita quod de cetero per omnia sit et succedat in
eorum locum. Et pro pretio et pagamento de huius petie terre manifestave-
runt et contenti et confessi fuerunt illi Iacobus et Tomaxius eos recepisse et
habuisse ab illo Previde^b libras quindecim tertiorum, renontiendo exceptio-
ni non data et numerata peccunia omni occaxione remota; quapropter pro-
miserunt et gadium dederunt et omnia eorum bonna^a pignori obligaverunt
predicti Iacobus et Tomaxius illi Previde defendendi et guarentandi ei et suis
heredibus et cui dederit predictam petiam terre ab omni colegio et universita-
te et ab omni allia persona et a comune Mediolani et a comune de Vicomer-
cato ordinarié et extraordinarie in omni eventu causarum sive quod vincat si-
ve quod amittat cum omnibus suis dampnis et dispendiis et absque dampno
et dispendio illius Prevede nec de suis heredibus/et quod restituerunt eidem
Previde omne dampnum et dispendium quod ullo modo aberet vel faceret seu
sustineret si predicti dom(ini)s^a Iacobus et Tomaxius non deffenderentur eam
ut supra; renontiendo spetiali pacto illi domini Iacobus et Tomaxius omnibus
feriis solempnis et repentinis et omnibus aliis interdictis causarum et omni-
bus statutis et consciliis presentis et futuris quod semper ibique realiter et per-
sonaliter possint conveniri de predictis et quolibet predictorum et quod non
possit dare cartas comunis Mediolani in solutione nec aliquid aliud in solutio-
ne preter peccunia numerata si causis evenctus intervenietur de ea de tota vel
de parte/Actum in canonica de Vicomercato, presente Anrecho Cassina pro
secundo notario.

(ST) Anno dominice incarnationis millesimo centesimo quadragesimo sesto, mense iulii, indicione nona. Conmutatio bone fidei videtur esse contracta, ut ad invicem emptionis optineat firmitatem eodemque modo obligat contrahentes. Placuit atque bona convenit voluntate inter dominum Albricum prepositum ecclesie Santi Victoris de Valisio necnon inter Albertum filium quondam Iohannis de Prato de Bimio Subteriori, ut in Dei nomine debent dare, sicut a presenti die dederunt sibi invicem unus alteri in causa conmutationis, in primis dedit ipse Albricus prepositus eidem Alberto in causa conmutationis a presenti die suo iure habendum, hoc sunt campus unus in Bimio, ad locum ubi dicitur ad Ademari; coheret ei a mane Frote, a meridie Amizoni, a sero via, a monte Frote. Unde ad invicem recepit suprascriptus Albricus prepositus ab eodem Alberto conmutatore suo similiter in causa conmutationis, hoc est vinea una et campum unum, cui coheret vinee a mane conmutatoris, a meridie Alberti, a monte et a sero via, et est in suprascripto loco Bimio, ad locum ubi dicitur ad Somonti. Campus est insuper Gavenae, cui coheret a mane Guidonis, a meridie Petri, a sero via, a monte Petri. Quidem, ut ordo legis exposit, ad hanc previdendam estimationem acceperunt duo Deo timentes homines, quorum nomina exsunt Gualterius et Adam Panadoso, qui estimaverunt et dixerunt quod hec conmutatio fieri potest legibus et quod predicta ecclesia meliorem recipit rem quam det. His autem rebus supra dictis et conmutatis cum superioribus et inferioribus seu cum finibus et accessionibus suis in integrum, taliter ipsi conmutatores in conmutatione tradiderunt, fatiendo exinde unaquaque pars cum suis heredibus et successoribus de hoc quod in conmutatione receperunt et cui dederint iuris proprietario nomine quidquid voluerunt sine omni unius eorum alterius eorum heredum et secessorum contradicione. Et spondiderunt se sibi conmutatores invicem unus alteri cum eorum heredibus et successoribus hoc quod supra in conmutatione dederunt in integrum ab omni homine defensare iusta legem et usum. De quibus inter se penam posuerunt et ut si quis ex ipsis vel eorum heredibus vel successoribus se de hac conmutatione remove presumpserit et non permanserit in his omnibus ut supra legitur, tunc componat illa pars que hoc non servaverit parti fidem servande pene nomine suprascriptas res in duplum, sicut pro tempore fuerit aut valuerit sub estimacione in consimili loco. Quia sic inter eos convenit. Actum in loco Valixii. Unde due cartule unius tenoris facte sunt. Signa ++ manuum cambiatorum qui hanc cartam conmutationis fieri rogaverunt ut supra.

Signa ++ manuum estimatorum, hii Gualterii de Noxedo et Adae Panadosi.
 Signa +++ manuum Obizonis Gafaloni et Milaniti de Prta de Soto et Martini de Masenago, testium.

(ST) Ego Oto notarius ac iudex sacri palatii interfui et scripsi.